

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

Verum non omnibus securitatem præstat. Supra enim diximus de impiis, quod minetur illis cor pauidum & nunquam securum. Et de Thesaurario Regio Sebena dicitur, quod circummagitandus sit vt pila, &c. Esa. 22. vers. 18. vt ne (in eo quidem quod sibi parauit sepulchro) securus quiescere possit mortuus.

Quid igitur faciendum vt simus tuti?

1. Obediendum voci Domini, Deu. 28. v. 13. Pro. 3. v. 24.
2. Confidendum Deo. Turris. Prou. 18. vers. 10. Psal. 2. in fine.
3. Cauendum à mala conscientia. Prou. 15. vers. 15. & Syr. 14 in fine.

Sic Petrus in carcere catenis ligatus inter milites securus dormit Act. 12.

Il Cum aliquando cubandum morituris & dormiendum in puluere terræ, dabit Dominus vt possimus quiescere in pace, Psal. 29. vers. 11. Simeon in pace dimittit vult, Luc. 2. Itaq; Deus Abrahamo Gē. 15. v. 15. Ibis ad patres in pace. Idem 2. Reg. 22. v. 20. 2. Par. 34. Non ergo mors timenda.

Iustificari autem fide pacem habent cum Deo, Rom. 5. v. 1. Tales moriuntur in pace, id est, tranquillo animo, cum bona & hilari conscientia: quia sciunt suas animas in pace custodiendas, Sap. 3. vers. 3. vt non patiantur tormenta.

F I N I S.

T H E M A XXXIX.

Psal. 6. v. 5. & 6.

Reuertere Domine, eripe animam meam, serua me propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte memoria tua, in inferno quis confitebitur tibi?

D I S P O S I T I O.

In hoc Psalmo continetur ardentissima precatio hominis

minis afflictissimi, qui in agone quasi mortis confictatur cum tentationibus grauissimis, de peccato & morte præsentissima. Ideoque deprecatur Pfalter iram Domini & enixe petit misericordiam. Estque hic Psalmus inter Penitentiales (vt vocatur) ordine primus.

Inter cætera autem Dauid verbis prælectis, primum compellat Deum, vt reuertatur ad iuandum ipsum.

Deinde causam addit, quare ipse Dominus opem ferre, & non concedere debeat, vt moriatur & ad infernum detradatur. Vtrumque iam paucis explicabimus, & quomodo hæc ad nostrum vsum accommodanda sint, subiiciemus.

I. Pars.

Tria sunt membra huius orationis. Sic enim Dauid in angustiis & tentationibus maximis alloquitur Dominum.

1. Reuertere vel conuerte te Domine. *Wende dich.* Loquitur de Deo, ac si is fuisset auersus ab ipso & digressus a iustis: Et reliquisset ipsum auxilium in opem. Videtur enim Deus tentatis de peccato auersus & iratus. Hinc illud, Vt quid me dereliquisti. Abscondis faciem Psal. 22. & 10. & 13. & 55. v. 2. & 74. v. 1.

Reuerti autem & redire dicitur, quando remissis peccatis gratiam suam largitur. vt sentiamus consolationem Spiritus sancti, & conscientie tranquillitatem. Petit ergo Dauid, vt Dominus ignoscat ipsi peccata, & suam gratiam largiatur, atque reconcilietur illi.

2. Alterum membrum petitionis. Eripe animam meam. Intelligit Dauid, animam suam propter peccata esse in maximo periculo, cum sit implicata compedibus Sætanæ. Hinc illud Pauli Rom. 7. Miser ego quis meliberabit?

Et in quantis angustiis fuerit Dauid, ex eo patet, quod mortis & inferni statim post hæc verba meminit.

At Deus diues in misericordia eripit mortuos in pec-

catis, Ephes. 2. v. 4. Coloss. 2. v. 13. atq; vivificat, remittens peccata. & liberans à compedibus Satanæ. Sic rogat David, vt liberetur ex illis tentationibus, & redeat lætitia salutatis, Psal. 51.

3. Tandem addit Saluum me fac, Iuua me, da ne percam in æternum: Sed salua me: Non propter opera mea, quæ sunt vestis immunda, Esa. 64. sed propter bonitatem & misericordiam tuam.

Locvs I. Videmus pro remissione peccatorum & gratia Spiritus sancti intrinsecus consolantis & viuificantis, etiam piissimis frequenter orandum. Nam etiam illi in tantas sæpe angustias coniciuntur, vt existiment, se plane à Deo abiectos. Tentati hoc sciunt. Non tentatus quid scit? Syr. 34. v. 11. Hæc vbi experiunda nobis (sicut certe fiet, presertim in agone mortis) mox arripimus preces cum Dauide, & deprecemur culpam peccatorum: atque salutem petamus *propter bonitatem Dei*, & propter meritum Christi: ardentemque & sine omni dubitatione oremus: Salua, Eripe Psal. 32. v. 6 Pro hæc orabit omnes sanctus. At in non iustificationibus nostris, sed in *miserationibus* tuis multis, Dan 9. vers. 18. Propter Dominum, ibid. vers. 17.

II. Non Propterea abiiciendi aut damnandi illi, qui in grauissimis angustias, & tanquam in agone quodam suas querelas effundunt verbis tristissimis: DEVS meus, quare me dereliquisti? (Psal. 22. v. 1. Math. 27. v. 47) Oblitus es mei in sinem, Psal. 13. v. 2. Muratus es mihi in crudellem, Job. 30. v. 25. Renuit consolati anima mea, Psal. 77. vers. 3. Inimicus factus mihi est Deus. Job. 19. v. 11. & 13. vers. 24. Hæc enim non sunt verba desperantium, sed colluctantium cum grauissimis tærationibus, vt exempla & dicta modo allegata demonstrant. Hæc corda contrita Deus non abiicit, Esa. 57. Psal. 51. v. 19. Calamum quassatum, Esa. 42. v. 3.

Si talia nobis accidant, cogitemus, in eodem ludo iam olim edoctos piissimos, & bene speremus, Si ab aliis hæc

au-

audiamus, non vitio ipsis veritatem, sed potius solemus
pusillanimes, 1. Theff. 5. vers. 14.

II. Pars.

Quare autem Dominus reverti, eripere, saluare & non
permittere debeat, vt peccat bonus David, causam ipse
addit hjs verbis. Quia in morte nō est memoria tui, quis
in inferno confitebitur tibi? Hoc vult, Iuua me, vt possim
te celebrare & laudare in Ecclesia, dum hic sum, in his
terris. Nam si sinas me perire & emori in his difficultati-
bus, non potero vltra predicare bonitatem tuam. Et si
me in infernum detruleris, certe non celebrabo rum no-
men tuū: cum enim diabolus & damnati fremant (quod
patet ex Apoc. 16. v. 9.) atque eiulent aduersus iustitiam
tuam, certe nulla erit laus tua tibi. Ergo parcas mihi, vt
multo adhuc tempore celebrem nomen tuum, in vita
mea (quod promisit etiam Psal. 146. v. 2.) & in æternum
cum omnibus angelis decantera bonitatem tuam.

Idem argumentum extat Psal. 115. v. 17. & Esa. 37. v. 18.
in oratione Hiskia.

Loc. I Licet nobis à Deo petere longiorem huius lucis
vsuram: at tum, si hunc cū Dauide & Hiskia, Es. 38. v. 19.
habeamus finem (ante omnia alia) nobis quoq; proposi-
tum, quod velimus Dei bonitatem laudare & celebrare.

Quomodo enim hoc Deo placeat, patet Psal. 69. v. 31.
& 116. v. 12. & 13. & 50. v. 14. Et Angelorum hoc est perpe-
tuum studium, vt laudent Deum, Esa. 6. v. 3. Hi sunt fru-
ctus labiorum. Heb. 12. vers. 15. Et materia copiosa extat
quotidie laudandi ipsum, à bonitate creationis, redem-
ptionis, conseruationis & futuræ glorificationis. De qui-
bus gradibus Rom. 8. v. 30.

Loc. II. Videmus requiri ab his, qui Deo volunt ser-
uire, vt id faciant, dum viuunt. & sunt in his terris. Ideo
monet Syrach. 18. Noli procrastinare, &c. Quia in morte
non est memoria Domini amplius. Ideo David, Psal. 146.
v. 1. quam diu hic sum, &c.

III Naturaliter omnes amant vitam, & horrent mortem, quia mors non à Deo, Sap. 1. v. 13. & 2. v. 23. sed à Diabolo, Sap. 2. v. 24. propter peccatum, Rom. 6. v. 23. Ideo ipse Dei filius exhorrescit mortem, Matt. 16. v. 39. Ita David hic.

Lenire autem hunc dolorem debet, quod mors deusità à Christo, Ose. 13. v. 14. piis somnus est, Luc. 8. v. 52. ex quo latius resurgent.

F I N I S.

T H E M A X L.

Pfal. 7. vers. 12. ad 15.

Deus iustus iudex, militans per singulos dies Deus. Et cetera quae sequuntur vsque ad vers. 15.

D I S P O S I T I O.

In his verbis Psaltes introducit Deum omnipotentem, sub persona militis armati, qui venit accinctus ad perendum hostes suos, qui cum ipso pacem seruare nolunt, sed lacessunt ipsum, vt cogatur armis & telis vindicare iniuriam illatam. Vbi quidem Psaltes non tantum excusat DEVM ab omni iniquitate, sed & vt manifestum fiat omnibus, quod iuste agat, processum describit aut modum, quem Deus solet obseruare in vindicatione scelerum. Neque enim mox accelerat interitum, sed gradus obseruat, sic vt nullius iniquitatis auc præcipitis iudicii reus agi possit.

Quia igitur hæc omnino etiam ad nos pertinent, si nõ velimus experiri Deum vindicem iustum peccatorum: tres illi vltionis diuini gradus, quos verbis prælectis Psaltes insinuat, probe obseruandi erunt, vt sic manum Dei vlttricem effugere discamus.

I. Pars.

Deum non tantum misericordem & bonum, sed etiam Zelotem esse nobis constat ex Decalogo, Exod. 20. vers. 5. Deut.